Rogozinski Sulatyckim Coniugibus Obligat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosus Stephanus Rogozinski Vicesgerens Castrensis Premysliensis, Sanus mente et corpore exsons, a terris, Debitibus, Iuribus, Iurisdictionibus quibusque propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se cum Successoribus, ac bonis suis generalibus omnibus totaliter ac plenarie incorporando atque subiciendo, palam, libere, publice, ac percexpressum recognovit. Quia ipse Bona Iuribus suis Subiecta, Videlicet Quartam Vnam Agri, Wołosinowska dictam, incipiendo a granitie Dublanensi, ad fluuium dictum Dniestr se se extendentem. Item extra fluuium Dniestr w Bloniu dwa pulcwarci, itidem Wołosinowskie, in bonis Villae Komelowice in Palatinatu Russiae, Terra vero praesenti Premysliensi iacentem et consistentem, cum gaza et Horreo ibique existentibus Sumomni praemissorum iure, dominio, proprietate, tituloque obligatorio, cumque omnibus et singulis eorundem bonorum Vtilitatibus, fructibus, prouentibus, reditibus, commodis, emolumentis, obuentionibus, agris, pratis, campis, pascuis, attinentiis et pertinentiis generaliter Vniuersis, Nihil ex praemissis Iuris, dominii, proprietatis, ac cuiusquis competentiae et prerogatiuae sibi recognoscens, suisque Successoribus, aut quopiam alio reseruando seu excipiendo, Verum ita late, longe, circumferentia libere prout ea

bona ipsemet Recognoscens tenuit, habuit, et possidebat, ijsque
convenientibus ad eadem bona Serviebant; Jam ex nunc et
de facto Gnosis Jordano Sulatycki et Dorotheae
Srokowska coniugibus legitimis, et eorum Successoribus, in
Summa Ducentorum Quinquaginta florenorum polonicalium
iam per se Recognoscentem levata et percepta, de qua pensiones
quietabantur, a die et festo Conversionis Sancti Pauli
Apostoli proxime praeterito ad Annum integrum et similem
diem et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli se se deter-
minandum, et inde facta praefatorum eorum bonorum Exemptione ter-
Summaque praefata Ducentorum Quinquaginta florenorum
polonicalium totalis et integrae realis persolutione ex tunc de
Anno ad Annum festo ad festum, Annis et festis sibi
se se continue et immediate sequentibus, usque ad Exem-
ptionem bonorum eorumque Summaque praefata totalis et unae
gradum realem et effectivam persolutionem, obligavit, in-
scripsit, et invadiavit, prout obligat, inscribit et invadiat
praesentibus. In quae quidem bona supra, praemissaque omnia
praesentem per se Recognoscentem obligata et invadiata, iam ex nunc
et de facto idem Recognoscens Generosus Stephanus Rogo-
zinski, praefatis Gnosis Jordano Sulatycki et Dorotheae
Srokowska Coniugibus legitimis obligatarijs suis, eorumque
posteris, coram Officio praesenti dat et admittit realem
Intromissionem, et actualem pacificamque possessionem per
Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles duos de
quacunque voluerint offerri se acceptandum. Per ipsos obli-
gatarios suos, ipsorumque posteros, hodie eadem bona
praemissaque omnia praesentibus invadiata, cum universis eorumque

Utilitatibus et usufructibus attinentiis et pertinentiis generaliter
omnibus tenendi, habendi, et possidendi, Ipsisque quiete
et pacifice utifruendi, ac in usus suos, Suorumque Successorum
quosuis beneplacitos libere et effectualiter convertendi
modo ac iure obligatorio. Debebit et tenebitur memoratus
Recognoscens Generosus Stephanus Rogozinski Vicesgerens Castrensis
Premisliensis, uti se, ac suos Successores, in et super bonis suis
generaliter omnibus, Summisque pecuniarum quibusuis habitis et
habendis, eisdem supradictis Generosis Jordano Sulatycki, et
Dorothea Srokowska coniugibus legitimis, obligatarijs
suis, inscribit et obligat praesentibus, ipsos, et eorum Successores
in dictis bonis, praemissisque omnibus per eundem parte Recognoscentem
inuadiatis, et ratione eorundem omnium, ab omni, et
quauis impetitione iuridica, quarumcunque personarum, cuius-
cunque conditionis, Status et Sexus, cuiusuis existentium
ex parte earundem, in omni Iudicio et Officio Regni semper totiens
quoties opus fuerit tueri, defendere, evincere, intercedere
et eliberare, indemnesque cum posteris reddere, necnon
hinc eadem bona, praemissaque omnia per eundem parte Recognoscentem
obligata et inuadiata, ab omnibus in genere Iuribus et
Inscriptionibus prioribus et posterioribus, super praemissa omnia
modo quouis cuicunque personarum factis et faciendis,
tum etiam a quibusuis praetensionibus super eadem bona
supra modo quocunque incorporatis et incorporandis, Luendis
demum et persoluendis, processibusque Iuris quibusuis in quo-
cunque termino et gradu Iuris, dependendis et in quouis
Iudicio et Officio Regni obtentis et obtinendis, ac super
praemissis omnibus per eundem obligatis modis quouis praedictis
expediendis emundare et eliberare, mundaque et libera
semper facere, ac etiam Intromissionem praefatam

coram officio praesenti admissam in fundis bonorum eorundem praesentis invadiatorum, dum per continuitatem comparentis et Nobilis duos officiosos requireretur non denegare, immo debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere dataque et admissa eadem, possessionem et usumfructum praemissorum omnium praesentibus invadiatorum quovis modo tam per se, quam per suas quasuis subditos et subordinatas personas non impedire, nec adimere, ipsosque obligatarios suos, et illorum posteros in praemissis omnibus praesentis obligatis nullo modo inturbari, ita ut hi dicta bona, praemissaque omnia praesentis invadiata, ijdem obligatarij sui, cum suis posteris quiete et pacifice praesentis Inscriptionis obligatoriae vigore tenere, habere, ac possidere queant, illisque uti frui possint, usque ad exemptionem bonorum eorundem, summaeque praenarratae totalis et integrae realem ac effectivam persolutionem, idque sub vadiis similis summae Ducentorum Quinquaginta florenorum polonicalium per eundem Recognoscentem, suos eiusque Successores, supradictis obligatarijs suis, ipsorumque Successoribus ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte, quam in toto toties quoties opus fuerit adtollendam succumbendi, quae quidem vadia, [illegible] praemisso adtollendorum Successoribus, ac pro aliqua per negligentiam ex praemissis non completa complenda, citatus ex nunc mera atque Recognoscens eiusque Stephanus Rogozinski Vicesgerens Castrensis Premysliensis suos eiusque Successores, ad instantiam praefatorum Inscriptorum Jordani Sulatycki et Dorotheae Frohowska Conjugum quamvis legitimorum obligatoriorum suorum, vel eorum Successorum, ad officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense, exstitere

recessu sucto, quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio Starostam parere respondere Vadium praefatum luere, Instigatori huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos successores ad haec omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes Causa secusque terminos semper peremptorios Vera Infirmitate, proparte maiori, minori, remora re Successorum, Legatione intra vel extra Regnum, Servitio militari, ad Munimenta, ad Electorem vel alys quibusvis dilationibus et legatibus impedimentis non differendo ad Quietationem Coram Vtriq praecipuos officy praefati Castren Capitanealis Premysliensis terminos, dilationem sibi non recipiendo nullasq Motiones, Appellationes, ac earum prosequutiones faciendo, ac promissa omnia pariter simplicibus vel triplicatis, evasionibus, Suspensionibus, ac alys Iuris praescriptionis Terrestri, bello Conventione ac alys omnibus Iuris remedys et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Ita sua praesenti personali recognitione ad promissa omnia mediante.

Krasowscy mutuo Robnt

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren Capitanealibus Premysliensibus Gnosi Samuel de Magna Krassow Krassowski Tribunus Stanodubowien Pater ab Una, et Vladislaus itidem Krassowski Filius, cum Gnosa olim Marina Alexandra de Athyzno Conuge ipsius legitima procreatus parte ab altera. Sani mentibus et corporibus existentes, a Terris, Dictibus Iuribus Iurisdictionibus suis quibusvis peryss et competentes recedendo, praesenti vero Castren Capitaneali Premysliensi Iuridico, quo ad Actum hunc attinet, se cum successoribus 495